



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 105. Historia Clementis VII. Papæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

te id nominis tulisset. Dein cum popu- Sæcul. XVI.
lo turmatim confluenti bene precaretur, AC. 1523.
ad Basilicam S. Petri deferebatur, se-
quentibus eum Cardinalibus & populo,
ubi itidem honores, quibus in **conclavi**
affectus erat, publice accepit.

§. CV.

Historia Clementis VII. Papæ.

Patrem habuit hic Pontifex Julianum Duchesne
hist. des Pa-
de Medicis, qui Florentiæ Anno pes p. 381.
Domini millesimo quadringentesimo se- Ciacon. L. 6.
ptuagesimo octavo in conjuratione Paz-
ziorum imperfectus obiit, post cuius mor-
tem ex quadam fœmina (*), quæ pro-
palam legitima uxor non habebatur, fi-
lius posthumus a vulgo appellabatur Ju-
lianii Nothus. Hunc Laurentius, qui
cædis periculum in eadem conspiratio-
ne evaferat, summa cura educari jussit,
eumque in proprio suo Palatio Magistris
longe celeberrimis instituendum tradi-
dit. Erat cunctis suæ familiæ percarus,
eo vel maxime, quod lineamentis oris
totoque corporis habitu Juliano Patri
suo simillimus esset, qui dein primo Hie-
rosolymitanus S. Joannis Eques & Ca-
puæ Prior creatus est, cum vero ejus
Patruus

(*) Pallavicinus Hist. Concil. Trid. lib. 2.
cap. 10, illam Floretam appellat.

Sæcul. XVI Patruus Julianus de Medicis assumpto
 A.C. 1523. Leonis X. nomine, ad Pontificatus apicem ascendisset, hic in ipso coronationis suæ die Julium sacris initiatum, Archiepiscopum Florentinum elegit, quem etiam mense Septembri anno millesimo quingentesimo decimo tertio Cardinalem, ac S. R. E. Pro-Cancellarium designavit. Nec secundæ fortunæ cursus natalium vitio siftebatur, imo ne forte ob id redarguentium calumniam patetur, natales ipsius legitimi in judicio probati sunt, quamprimum Leo ad Petri Cathedram enectus fuerat, id attestantibus ipso, quem Julii Mater habebat, fratre, necnon quibusdam Religiosis, qui inter Patrem & Matrem minus solemne matrimonium intercessisse affirmabant, cuius valori innixa fœmina statim post Juliani mortem pro legitima uxore habebatur. Porro Leonis X. fatis functo Julius Florentiam rediit, inde vero ineunte hoc anno reversus, ibidem magni nominis sui laudem sibi conciliabat, tantumque gratia atque auctoritate apud Adrianum VI. valebat, ut Votlateranum Cardinalem (*), qui ejus Ministrorum præcipuus erat, officio suo move-

(*) Erat ille Soderinus, quem per summam ingratitudinem summo Pontifici insidias traxisse, supra lib. 129. §. 68. meminimus.

moveret, ac in arce S. Angeli custodien- **Sæcul. XVI.**
dum curaret, & illo abhinc tempore cun- **A.C. 1523.**
cta ipse summi Pontificis negotia mo-
derabatur, quo munere tam præclare
fungebatur, ut ejus fama, honorque
indies magis magisque cresceret, eo
potissimum nomine, quod omnium Chri-
stianorum Principum arma adversus
Turcas unire, summo studio adlabo-
raret.

§. CVI.

*Rhodii Equites novi Pontificis præ-
dio suffulti.*

Cum fere omnes in electione Julii Me- *Bosio hist.*
dicæi ad supremum Pontificatum *equit. Rhod.*
communi lætitia exultarent, præ om- *t. 2.*
nibus Villerius Liladamus Supremus
Rhodiorum Magister immodicas gaudii
significationes præferebat; cum enim
hucusque præter Julium nullus ex Or-
dinis sui Equitibus ad supremam Ponti-
ficatus dignitatem electus fuisset, tan-
ti honoris excellentia lætus, haud du-
biā spem conceperat, fore, ut Neo-
electus Papa illius Ordinis, cuius ipse
met membrum fuerat, memor esset, ei-
demque tutum procuraret asylum, in
quo illatum sibi damnum Equites repa-
rare, ac Christianam fidem adversus in-
fideles rursum strenue defendere possent.
Nec sua Magistrum spes fefellit; quip-
pe